

VIRO
CLARISSIMO CONSULTISSIMO
DOCTISSIMO QVE
DOMINO
FRANCISCO ERICO
Sangeliūtken.

POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI
GEORGILVDOVICI
DVCIS BRVNSVICENSIVM ET LVNE-
BVRGENSIVM S. R. I. ELECTORIS
ATQVE NOVEMVIRI
CAMERAE, QVAE HANOVERAE EST, MAGISTRO

Cognato Mæcenati ac Patrono meo
omni honoris cultu prosequendo

VT ET
DOCTISSIMO PLVRIMVM QVE
REVERENDO
DOMINO
FRANCISCO ER-
NESTO Gausmann.
ECCLESIAE QVAE SVDERBVRGI
VIGET ECCLESIASTAE BENE
MERENTISSIMO

*Patruo Compatri atque Fautori
meo
xstatem colendo.*



VIRI DOCTISSIMI
CONSULTISSIME PLVRIMVMQVE
REVERENDE

ERANUS CICERO

EST QD^U QD^U
ECCEZIAE QVAE SUDERBARI
AGIT ECOLEZIASTAE ET
MEEHNTISSIMO



Ogitanti mihi, cui hasce primi-
tias consecrarem, nemo sane vi-
sus, cui maiori de iure istas offer-
re possem. Nam, si à DEO & parentibus
discessero, neminem habeo, cui religiosorem,
quam VESTRIS Nominibus cultum de-
beam

35 (5) 35

deam. TV enim, LANGELVT-
KENI, semper in consiliis capiundis
fuisti mihi Nestor, TV ea, qua polles, huma-
nitate me semper recipisti, beneficiisque nu-
mero innumeris me TIBI obstrictum:
deuinctumque reddidisti. Quid? quod
TIBI soli acceptum fero, quod in Alma,
hac Salana Musis litare mihi contigerit.
Atque idcirco, quodsi mihi linguæ essent cen-
tum, oraque centum, TVA in me collata
beneficia encomiis sat deprædicare nequirem.
TVA quoque, Mi HAVSMANNE,
TVA, inquam, beneficia, si modo in me-
moriā reuoco, obstupesco sane. TV et-
enim in sacro παλιγγενεσίᾳ Christianæ
sponsor atque promissor fidei meæ fuisti,
TV non loco parentis TE modo præbuisti,
sed & re apse fuisti. Quapropter non pos-
sum, quin hoc specimen TVO Nomi inscribam.
Verum quo vado? nonne vere-

HAVSMANNEN. Etiam A. 13.

cun-

candidæ limites mihi transire videor, dum
hocce, quidquid est, tam rudi Minerua elabo-
ratum **V O B I S** offero? minime. De
V O B I S enim hoc mihi habeo polliceri, fo-
re, ut æqui bonique consulatur; cum **V O S**,
V I R I O P T V M I, cognitum perspe-
ctumque habeatis, meliora ab ipsis speranda
esse, quibus de meliori luto finxisset præcordia
Titan. Accipite itaque hoc tenue farum cum fa-
liente mica; fortassis olim, cum ingenii mei
facultas maturuerit, meliora dabo, haut im-
memor illius Virgiliani:

*Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at si
Mi fætura gregem suppleuerit, aureus esto.*

De cetero valete & fauete

VESTRO

Deoottissimo Cultori

Ioan. Ernest. Hausmann.